

& μετευτωμάτωσις Ἑgyptiorum & Pythagoricorum, & παλιγγενεσία Stoicorum, prodierant ex obscura quadam & informi notitia futuri olim corporum nostrorum redditus ad vitam. Id optime animadvertisit

**Lactant.** l. 7. **Minutius Felix**, & **Lactantius Tertullianus** vero hos ait, *Recidivatum ani-*

**c. 23. Ter-** *mæ corporalem pronuntiasse, tolerabilius notata quam negata qualitate; pul-*  
**tull. de re-** *sata salute, licet non addita veritate. Quamobrem Augustinus efflorescere*

**furr. carn.** *scribit Christianum dogma ex Platonis & Porphyrii sententiis, quorum*

**c. 1. August.** *de civit. Dei ille animas dixit corporibus perpetuo carere non posse; hic vero ani-*

**1.22. c. 27. 28.** *mam purgatam, cum redierit ad Patrem, non amplius ad mala hæc*

*mundi esse reversuram. Ethnicorum quidam in majori luce versati, reditura ad vitam corpora expressioribus verbis declararunt: velut sup-*

*posititus ille Zoroastres, quem Æneas Gazæus vaticinatum asseverat,*

*affore aliquando id tempus, quo mortui omnes vitæ restituantur. Ino*

**Clem. Alex.** & credidisse ipsum narrat Clemens, eundem se fuisse ac Erem illum Pam-

**Strom. 5.** philum, de quo multa scripsit Plato. Fuisse autem Magos in opinione

**Plat. de Re-** eadem, notum Græcis fecit Theopompus Peripateticus, qui eam ab his

**publ. I. 10.** acceptam propugnavit. Et notat Tertullianus, fuisse in Mithræ sacrís

**Theopomp.** apud Laërt. *imaginem resurrectionis. Atque id dogma tenuerunt quoque Guebri non-*

**in Præm.** nulli, veteribus Persis prognati. Apud Græcos vero Democritus corpo-

**Tertul. de** rā non consumi igne, sed melle condita servari jussit, in spem recipien-

**præscript.** dæ vitæ. Id deridet Plinius, quod aliis promissum Democritus ipse non

**cap. 40.** obtinuerit. Platonī exciderunt nonnulla, quibus Christiani ad verita-

**Plin. I. 7. c. 55.** tem tuendam usi sunt. Nam postquam Hospitem induxit in Politico, cum

Socrate ita differentem, futurum aliquando, ut ab occasu oriatur mun-

dus, & in oriente occidat, tumque ē terra prodituros homines senili-

atate, qui accendentibus annis per eosdem gradus ad infantiam revol-

vantur, quibus nunc ex infantibus senes sunt; addit demum, ex eo,

quod aliquando senes pueri sunt, id consequi, fore quoque, ut homi-

nes defuncti & humati iterum ē terra extent novæ vitæ redonati, nisi quos

**Euseb. præp.** in aliam sortem Deus traduxerit. Hinc porro Ethnicos confutant Eu-

**Evang. I. 11.** febius & Arnobius, irratores Christianæ sententia de reditu corporum

**c. 32. 33.** nostrorum ad vitam. Sed & illam παλιγγενεσίαν Stoicorum, qua post

**Arnob. I. 2.** mundi renovationem omnes homines, resque adeo omnes rursum ita ex-

**Clem. Alex.** tituras dixerunt, uti nunc sunt, erum esse decretum Christianorum con-

**Strom. 5.** tendunt Clemens & Origenes. Atqui hæc doctrina παλιγγενεσία mundi,

**Origen. I. 5.** non unorum fuit Stoicorum, sed & Pherecydis Syri, & Heracliti, & Par-

**contr. Celf.** menidis, & Platonis, nec non & Homerii ipsius, quos in testimonium citat

**Homer. O-** dyss. 13. v. 109

Por-